

3143

## C O D I C E S

3144

*Te rogo criste pye meritis precibusque marie  
Per loca tue vie. Me rege tota die.  
Angele qui meus es custos pietate superna.  
Me tibi commissum Salua defende gubernata  
Angele mi care Michi protinus auxiliare  
Tu mei sis fortis. Custodia tempore mortis.*

## DCCCC.

40 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 59. f. max. in pius usus Ejusdem Principis litera unciali scriptus, auro, coloribusque decens, *Psalms*, *Hymnos*, facrasque ad Deum et Coelites *Preces* continet. Praecedit *Calendarium*. Fol. 19. pag. 2. in Oratione: *Deus regnorum omnium &c.* et: *Deus qui conteris &c.* diserte legitur: *da seruo tuo michi Friderico*, et *auxiliare queso mihi famulo tuo Friderico*. In Angelorum invocationibus semper memoratur et *Uriel*. Denique nemo pae-ne Coelitem, quos Ecclesia colit, est, ad quem non oratio quaedam dirigatur. Augustum possessorem praeter rationem jam adductam comprobatur cum familiare ejus *Symbolum A. E. I. O. V.* thecae anteriori coriaceae a Biblio-pegae exterius impressum, tum adpictum thecae posteriori interius *Insigne* Provinciarum *Friderico* subditarum scuta completum.

## DCCCCI.

531 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 32. 4. luculente scriptus, rubricisque notatus est Liber *Precum*, in usum quondam

*Ejusdem*, ut liquet fol. 15. exaratus; ibi enim Oratio incipit: *Deus regnorum omnium — da seruo tuo michi Friderico &c.* Praeit *Calendarium*. Reliqua *Psalms*, *Hymnis*, *Litaniis*, et *Orationibus* ad diversos Coelites definiuntur. Inter Archangelos non semel occurrit *Uriel*. Praetextum est folium, cui a diuersa manu inscripta sunt plurium Sanctorum Nomina, et a priore quidem manu, quam ipsius *Friderici* puto, haec sunt: *Vnser frau von den engeln gen himel gefurt in der Sun vnd den man vnder den fueffen. Vnser frau mit den kind in der sun den man vnder den fueffen &c.* E quibus conjicio Principis mentem fuisse, ut hisce *Picturis Codex* ornaretur. Quod tamen cur intermissum sit, non liquet.

## DCCCCII.

Codex chartaceus lat. Sec. 131 XV. Folior. 28. f. caractere luculento conscriptus continet *Psalms* aliquot et alias *Precationes* ad Deum, Christum, B. V. et Coelites pro variis opportunitatibus. Hinc inde tamen aliquid superstitionis adlitum invenitur.

## DCCCCIII.